

legitimo numero non recedunt, in quo utroque inuenies peccata. uterque est ergo debitor, uterque uenit deprecator. Omnis enim homo & debitor est Dei, & debitorum habet statum suum. CHR. Y. Tanta autem differentia est peccatorum quae committuntur in hominem, & quae committuntur in Deum, quanta est differentia decem millium talentorum, & centum denariorum magis autem & multo pl: quod patet ex differentia personarum, & a paucitate peccantium. Homine n. uidente & desiliens, & pigritatur peccare: Deo autem uidente & in unumquemq; diem non oblitimus, sed agimus infirmidabiliter omnia, & loquimur. Non hinc autem solum grauiora apparent peccata in Deum, sed etiam & beneficio, quo sumus potiti ab ipso. Fecit enim nos esse, & omnia propter nos operatus est. Animam rationale nobis inspirauit, solum suum mist, caelum nobis aperuit, & nos filios suos fecit. Numquid ergo si uinaquaue die moremur pro illo, retribuere ei aliquid dignum? nequaquam. Sed hoc rursus ad utilitatem nostram pertinet. nos autem e contrario in legibus eius offendimus. R. E. M. I. Sin ergo per debitorem decem millium talentorum designantur illi qui maiora crimina committunt, per debitorem autem centum denariorum, qui maiora committit. H. I. E. R. O. Q. uod ut manifestius fiat, dicamus sub exemplo. Siquis uelrum commiserit adulterium, homicidium, sacrilegium, maiora crimina decem millium talentorum roganti dimituntur, si & ipse dimitat. minora peccata tibus. A. V. G. de Ver. Do. Sed ille seruus ingratus, iniquus, noluit prestare quod illi iudigno praestitum fuit. Sequitur enim. Et reus suffocabat eum, dicens: Redde quod debes. R. E. M. I. acriter insulabat, ut uindicta ab eo exigeret. O. R. I. Ideo ut arbitror suffocabat, quoniam a Rege exierat: non enim suffocaret conferuum suum, si non exisset a Rege. CHR. Y. Per hoc etiam, quod dicitur: Egressus ostenditur, quod non post multum tempus, sed confestim adhuc quasi in auribus habens beneficium in malitiam abusus est liberatione, a proprio Domino sibi data. Quid igitur ille fecerit subditur: Et proci. confer. eius: rogabat eum, dicens: Patientiam habeam in me & omnia reddam tibi. O. R. I. Considera sublimitatem scripturae, quoniam seruus multorum debitor talentorum, procedens adorauit Regem, qui autem centum debebat denarios, proci dens non adorabat, sed rogabat conferuum, dicens: Patientiam habeam. CHR. Y. Sed neque haec uerba ingratus seruus reueritus est, quibus saluatus est. Sequitur enim. Ille autem noluit. A. V. G. de Quae. euan. idest tenuit contra eum hunc animum, ut supplicium illi uellet, sed abiit. R. E. M. I. idest magis ira exarsit, ut ab eo uindictam exigeret, & misit eum in carcerem donec redderet debitum. i. apprehenso fratre, uindictam ab eo exegit. CHR. Y. Vide Domini charitatem, & serui crudelitatem: hic pro decem milibus talentis: hic autem pro centum denariis. hic conferuum suum, hic minimum rogabat. & hic quidem totalem absolutionem accepit: ille autem solum dilationem petebat, nec hoc dedit. Conduerunt, quod non debebant. unde sequitur. Videntes autem conferui eius quod fiebat, contristati sunt ualde. A. V. G. de Quae. euan. Per conferuos intelligitur ecclesia, quae illum soluit & ligat. R. E. M. I. Vel conferui forte angeli sunt intelligendi, aut predicatorum sanctae ecclesiae, siue quicumque fideles, qui uidentes aliquem fratrem remissione peccatorum adeptum, non uelle misereri conferui sui, contristantur de eius perditione. Sequitur. Et uenerunt, & narrauerunt Domino quae facta fuerant. Veniunt quidem non corpore, sed corde. Domino autem narrare, est dolores & contritiones cordis in suo affectu demonstrare. Sequitur. Tunc uocauit eum Dominus suus, & uocauit quidem per sententiam mortis, & ab hoc seculo migrare iussit, & dixit ei: Serue nequam, oed debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. CHR. Y. Et quandoquidem decem milia talenta debebat, non uocauit eum nequam, neque est conuictus, sed miserus. Quando autem contra conferuum ingratus est effectus: tunc dicitur. Serue nequam, & hoc est quod dicitur. Nonne ergo oportuit & te. R. E. M. I. Et sciendum, quia seruus ille nullum responsum legitur Domino dedisse, in quo demonstratur, quod in die iudicii & statim post hanc uitam, omne argumentum excusationis cessabit. CHR. Y. Quia uero beneficium non est factus melior, relinquatur ut pena corrigatur, unde sequitur. Et iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet uiniuersum debitum. Non autem simpliciter dixit: Tradidit eum, sed iratus, quod non posuit quando iussit eum uendi. non enim hoc erat ire, sed magis amoris ad

Serm. 15.

Lib. 1. c. 25.

Lib. 1. c. 25.

correctionem: nunc autem haec sententia est supplicij, & poenae. R. E. M. I. Tunc enim dicitur Deus irasci, quando aduersus peccatores uindicta: Torrores autem dicuntur demones, quia semper ad hoc parati sunt, ut perditas animas suscipiant, & in poena aeternae damnationis eas torqueant. Numquid autem postquam aliquis demeritus fuerit in aeternam damnationem poterit inuenire spatium corrigendi, aut adicum exequi? No: sed Quousque, ponitur pro infinito, & est sensus, semper soluet, sed nunquam perfoluet, & semper poenauerit. CHR. Y. Per hoc ergo ostenditur, quod continue i. aeternaliter punietur, neque reddet aliquam quamuis autem irretocabi lia sint charismata, & Dei uocationes, tamen tantum ualuit malitia, ut & hanc legem soluere uideatur. A. V. G. de Ver. Dom. Dicit enim Deus: Dimitte, & dimittere uobis. sed ego prior dimisi, dimitte uel postea. nam si non dimiseris, reuocabo te. & quicquid tibi dimiseram, replicabo tibi: non enim fallit, aut fallitur. Christus, qui subiecit, dicens. Sic & pater meus caelestis faciet uobis, si non remiseritis unumquemque fratri suo de cordibus uestris. Melius est enim, ut clames ore, & dimittas in corde, quam sis blandus ore, & crudelis in corde. Ideo enim Dominus subdit: De cordibus uestris, ut si per charitatem imponitis disciplinam, de corde lenitas non recedat. Quid enim tam piuum, quam medicus ferens ferramentum? se uit in uulnere, ut homo curetur, quia si uulnus palpat, homo perditur. H. I. E. R. O. Ideo & Dominus addidit: De cordibus uestris, ut omnem simulationem scite pacis auerteret. Praecipit ergo Dominus Petro, sub comparatione legis, Dominus, & serui, qui debitor decem milium talentorum a Domino rogans ueniam imperauerat, ut ipse quoque dimittat conferuis suis minora peccantibus. O. R. I. G. E. Vult etiam docere faciles nos esse ad indulgendum eis qui nocuerunt nobis, maxime si satisfaciunt, & depraecantur sibi inuenire dari. R. A. B. A. Allegorice autem seruus hic qui decem milia talentorum debuit, Iudaicus est populus decalogi legis strictus, cui Dominus sepius dimisit debita, quando in angustiis constituit, illius miseri cordiam depraecabantur, sed liberati omnes debitores atrociter reprobant, & a Gentili populo, quasi sibi obnoxio, circuncisionem & cerimonias legis experirent, sed & Prophetas, & Apostolos crudeliter trucidant. Unde tradidit eum Dominus in manus Romanorum uel malignorum spirituum, qui aeternis cruciatibus eos punirent. C. A. P. X I X. CHR. Y. in Homil. Dominus prius Iudaeam relinquens propter illorum emulationem, nunc ibidem iam immoratur, quia passio in proximo futura erat: non tamen ad Iudaeam interim ascendit, sed in terminos illius de. unde dicitur. Et factum est cum consummasset Iesus ser. Ios, migrat Galilaeam. R. A. B. A. Hic ergo incipit narrare, quae in Iudaea fecit, docuit, siue passus est. & primo quidem trans Iordanem ad Orientem: deinde etiam eis Iordanem quando uenit Hierico, & Bethphage, & Hierusalē. Unde sequitur. Et uenit in fines Iudaeae, ad distinctionem aliarum regionum, qui in ipsa provincia constituebantur, idest Samaria, Galilaea, & Decapolis, & reliquae aliae. Sequitur. Et secutus sunt eum turbae multae. CHR. Y. super Matth. Perducebant eum quasi paruuli filii patrem peregre longeproficentem. Ipse autem tanquam pater proficiens, pignora charitatis filiis reliquit remedia sanitarum. unde dicitur. Et curauit eos. CHR. Y. in Homil. Considerandum etiam, quod neque doctrina uerborum continue Dominus insillit, nec signorum operationi, sed nunc quidem hoc, nunc autem illud facit, ut a signis credibilis appareret in his quae dicebat. Ex sermone autem doctrina utilitas quae erat in signis ostenderetur. O. R. I. G. E. Sanabat autem Dominus turbas trans Iordanem ubi baptizatus dabatur. Vere enim omnes a spiritualibus infirmitatibus saluantur etiam baptismo, & quidem multi sequuntur Christum sicut turbae: tamen non surgentes, ut Matthaeus, qui surgens secutus est Dominum. R. A. B. A. Curat etiam Galilaeos in Iudaea finibus, ut peccata

Serm. 15.

Lib. 1. c. 25.

Lib. 1. c. 25.

Lib. 1. c. 25.

Lib. 1. c. 25.

Lib. 1. c. 25.

ata gentium in eam uiniam quae iudeis parabatur, admitteret. CHR. Y. in Ho. Curabat siquidem Christus hoies, & illis beneficia eius, & per oculos aliis. Horum enim sanatio aliis erat occasio diuinae cognitionis, sed non Phariseis, qui ex signis duriores fiebant. unde sequitur. Et accessit eum Pharisei tentantes eum, & dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa? H. I. E. R. O. Vt quasi cornuto eum te aent tylogismo, & quodcumque respondeat, pateat captioni. Si dixerit dimittere uxorem suam quacumque ex causa, & ducendam aliam: pudicitia praedicator sibi uideatur dicere contraria. Sin autem responderit, non omne ob causam debere dimitti, quasi sacrilegij reus tenebitur, & aduersus doctrinam Moysi & Dei facere. CHR. Y. in Hom. Intuere autem ex modo etiam in interrogationis malitiam. Dominus enim supra de lege haec disputauerat: ipsi autem quasi iam nulli dicto interrogant. t. opinantes, quod obites esset eorum quae dixerat. CHR. Y. super Matth. Sicut autem si iudeas hominem assidue amicitias medicorum colentem, intelligis quia infirmus est: sic & cum uideas uirum, siue mulierem de dimitte uxoribus, aut uirum interrogantes, cognosce, quia uir ille lasciuus est: mulier illa meretrix est. na in matrimonio castitas delectatur libido autem quasi uinculo coniugij alligata torquetur. Sciebant autem quoniam nulla cam idoneam habebant circa dimitte uxoribus, praeter solam turpitudinem, & alias atque alias filii iungebant. Timuerunt autem interrogare ex quibus causis, ne se ipsos infa angustias certarum causarum astringerent. sed interrogauerunt si ex omnibus causis licet, scientes quia modum nescit, nec infra terminos unius coniugij capit libido: sed quantum magis exerceatur, magis accenditur. O. R. I. Tentato autem Domino, nullus discipulorum eius, qui positus est ad docendum, grauius ferat, si tentatus fuerit a quibusdam, tamen & tentatoribus responderi dogmata pietatis. H. I. E. R. O. Sic autem responsum temperat, ut discipulorum eorum transferat, scripturam sanctam adducens in testimonium & naturalem legem, primam Dei sententiam: secunda opponens, unde sequitur. Qui respondens ait eis: Non legi, quia qui fecit ab initio, masculum & feminam fecit eos: Hoc in exordio Genesis scriptum est. Dicendo autem masculum & feminam, ostendit secunda uitanda coniugia. non enim ait: Masculum & feminas quod ex priorum repudio quaeratur, sed Masculum & feminam, ut unius coniugij consortia necerentur. R. A. B. A. Salubri autem consilio Dei factum est, ut sui corporis portionem sui ampleteretur in femina, uir a se putaret esse diuersum, quod de se cognosceret fabricatum. CHR. Y. super Matth. Si ergo ex hoc Deus mare & feminam ex uno creauit, ut sint uni, quare ergo & de cetero uir & mulier non ex uno uero creantur, sicut uoluntaria quaedam? quia Deus masculum quidem creauit, & feminam, propter necessitatem filiorum generandorum: tamen semper fuit caliditas amoris, & continentiae amoris. Ideo illum typum non seruauit in omnibus, ut siquidem uult homo nunc bere sibi primam dispositionem creationis humanae, intelligat quod est uir & uxor. Si autem noluerit nubere, non habebit necessitatem nubendi propter coniunctionem naturae, ne forte uideatur per suam continentiam alterum perdere, qui noluerat esse continens, sicut Dominus post coniunctum matrimonium iubet, ne alter altero nolente se separet. CHR. Y. in Hom. Non solum autem ex modo creationis, sed etiam ex modo legislationis monstrauit, quoniam uinum oportet uini coniungi, & nunquam rescindi, unde sequitur. Et dixit: propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suae. H. I. E. R. O. Similiter ait: uxori non uxori, sed uxori suae. Erunt duo in carne una. Premium enim est nuptiarum, ex duobus unam carnem, & proles fieri. G. L. O. Vel in carne una: in carnali copula. CHR. Y. super Matth. Si ergo quae ex uino est uxor, & ex una carne sunt ambo, reliquit homo patrem suum & matrem: maior nunc charitas debet esse inter fratres & sorores, quia hi quidem ex eisdem parentibus exeunt: illi autem ex diuersis. Sed hoc magnum est nimis, quia fortior est Dei constitutio, quae uirtus naturae. Non enim precepta Dei naturae subiecta sunt: sed natura Dei praecipis obtemperat. Deinde fratres ex uno nascuntur, ut diuersas uias perueniant: uir autem & uxor ex diuersis nascuntur, ut in unum conueniant. Ordo etiam naturae Dei ordinationem sequitur. Quod enim est in arboribus humor, hoc est in hominibus amor, humor autem de radicibus ascendit in herbam, & sursum transfunditur in semem. Ideo parentes quidem diligunt, sed non sic diliguntur a filiis, homo enim non ad parentes, sed ad procreandos filios transfundit affectum, & hoc est quod dicitur: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit uxori suae. CHR. Y. in Homil. Vide etiam sapientiam Doctoris,

Interrogatus enim, si licet: non confestim dixit: Non licet, ut non turbarentur, sed per probationem hoc constituit. Deus enim a principio masculum & feminam fecit, & non simpliciter eos coniungit, sed matrem iussit dimittere, & patrem, & non simpliciter uirum mulieri dixit aduenire, sed coniungi, ex ipso modo locutionis in diuisibilitatem ostendens. Sed & maiorem copulam adiunxit, cum dixit: Erunt duo in carne. A. V. G. 9. tu per Genesim ad literam. Haec tamen uerba cum primi hominis fuisse scriptura testetur: Dominus tamen hic, Deum hoc dixisse declarat, ut hinc intelligeremus propter exactam quae praecesserat in Adam, hoc diuinitus tanquam Prophetam dicere potuisse. R. E. M. I. Mysterium enim hoc esse Apostolus dicit in Christo, & ecclesia: Dominus enim Iesus Christus quasi patrem deseruit: eum de caelis ad terram descendit, & matrem deseruit, idest Synagoga propter infidelitatem, & adhaerebit uxori suae, sanctae, scilicet ecclesiae, & sunt duo in carne una, idest Christus & ecclesia in uno corpore. CHR. Y. in Homil. Postquam uero ueteris legis & uerba & facta induxit cum potestare, iam & ipse interpretatur & legem inducit, dicens: Itaque iam non sunt duo, sed una caro. Sicut enim qui spiritaliter se diligunt: una anima esse dicuntur, dicente scriptura: Omnium credentium erant cor unum & anima una. sic uir & uxor qui carnaliter se diligunt, una caro esse dicuntur. Quemadmodum igitur carnem incidere est fordidit: ita & mulierem diuidere est iniquum. A. V. G. 13. de Circa. Dei: Vnum etiam dicuntur, uel propter coniunctionem, uel propter originem feminam, quae de masculo latere creata est. CHR. Y. in Homil. Uterius autem & Deus induxit, dicens: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Idem monstrans, quod praeter naturam, & praeter legem est uxorem dimittere, praeter naturam qui dem, quia una caro diuiditur: praeter legem autem, quoniam Deo copulante, & iubente non diuidi, uxor dimittitur. H. I. E. R. O. Deus enim coniunxit una faciendo carnem uiri & feminam: hanc ergo homo non potest separet, sed solus Deus. Homo separet, quando propter desiderium secunda uxoris prima dimittitur. Deus separet qui & coniunxerat, quando ex consensu propter seruitutem Dei sic habemus uxores quasi non habentes. A. V. G. contra Faustum: Ecce Iudaei ex libris Moysi coniunxerunt non esse uxorem dimitte: quod secundum uoluntatem legis Moysi arbitrabantur se facere, cum dimitterent: Simul & illud hic ipso Christo attestante cognosimus Deum fecisse & coniunxisse masculum & feminam, quod Manichei negando damnantur, Christi euangelio resistentes. CHR. Y. super Mattheum. Grauis est autem fornicarijs interpretatio castitatis, sed contra rationem respondere non possunt: ueritati tamen credere non acquiescunt. Conferunt ergo se ad patrociniū Moysi, sicut homines malam causam habentes confugiunt ad potentes uiros, ut si per iustitiam non possunt uincant per personam, unde sequitur. Qui dicit illi: Quod ergo Moyses mandauit dari libel. repudij, & dimittere? H. I. E. R. O. Aperit calumniam quam parauerat: licet Dominus non propriam sententiam protulerit, sed ueteris historiae, & mandato rum Dei fuerit recordatus. CHR. Y. in Hom. Si autem Dominus alienus esset a ueteri testamento, non decessisset pro Moysē, neque quae sua sunt monstrasset ueteribus conuenire. Sed ineffabilis Christi sapientia, & pro his excusando respondit, unde sequitur. Et ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis uestri permittit, uo. di mit. uxo. ue. In quo liberat Moysen ab accusatione & totum in illorum caput conuertit. A. V. G. contra Faustum. Quanta erant duritia, quae nec per libelli interpositionem, ubi dissuadendi locus in sitis & prudentibus tribuebatur, solui & flexi possent ad recipiendam, uel reuocandam coniugij charitatem? Porro, quia caliditate reprehendunt Manichei Moysen tanquam coniugia dirimentem per libellum repudij, & laudant Christum tanquam eius uinculum confirmantem, cum sibi sua sacrilegam sibi Moysen laudare deberent: separentem, quod coniunxerat diabolus, & Christum uti ueritate diaboli ligamenta solidantem. CHR. Y. in Ho. Denique quia graue erat, quod dictum erat, statim reducit sermone ad antiquam legem dicens: Ab initio autem non fuit sic. H. I. E. R. O. Quod dicit huiusmodi est: Numquid potest Deus sibi esse contrarius, ut aliud ante iusserit, & sententiam suam nouo fragat imperio? Non ita sentiendum est, sed Moyses cum uideret propter desiderium coniugum secundarum, quae illis dicitores, uel iuniores, uel pulchrioris essent: primas uxores interfecit, aut malam uitam ducere, maluit indulgere discidium, quam odia & homicidia perferre. Similiter considera, quod non dixit: Propter duritiam cordis uestri permittit uobis Deus, sed Moyses, ut iuxta Apostolum, consilium esset hominibus, non imperium Dei. Cat. au. S. Tho. I 3 CHR. Y.

Cap. 19.

Lib. 1. c. 29.

Lib. 1. c. 29.

Lib. 1. c. 29.

